



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola III. III[ustrissi]mo Ac Rev[erendissi]mo D. Octavio Paravicino S. R.  
E. Cardinali Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

vbi primum scripserimus, officium non  
prætermitemus de quo nos admones. Læ-  
tamur vero maiorem in modum, quod laus  
Deo bono & honorifico loco sis, tibique  
maiora indies optamus & precamur. Vale  
in Domino. Romæ. die XXXI. Ianuarii. M.  
DCIV.

## EPYSTOLA III.

ILL<sup>mo</sup> AC REV<sup>mo</sup> D.OCTAVIO  
Paravicino S. R. E. Cardi-  
nali

IVSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis S.

**Q**UAM mirabili rerum vicissitudine hic  
aliquādiū rotati simus, Ill<sup>me</sup> & Rev<sup>me</sup>  
D<sup>ne</sup>: Archiepiscopo vno defuncto, altero  
electo iterum & inaugurato, nil dubito  
quin aliunde perceperis. Verum mœro-  
rem, quem alterius mors incusserat, alte-  
rius felix auspicataq; electio ita leniuit, vt  
quamuis dolenda illa maximè iactura, hac  
tamen tam larga compensatione leuius fe-  
renda videatur. Renunciauit nobis 13. Ca-  
lend. Martij dies Archiepiscopum & Elec-  
torem Moguntinum, magnum illud Ca-  
pituli nostri sidus, D. Iohann. Schuicardum  
a Cronberg, Decanum: cuius honore ac Prin-  
cipatu

cipatu ita nunclæta est vniuersa Moguntia,  
imò vniuersa Moguntina diœcesis, vt gra-  
tulationibus ac iubilis omnes vici, omnia  
compita resouent. Nam quemadmodum  
*Traiano ad Imperiū euecto \* C. Plinius ex-*  
claimat: *Non unius Nervae iudicium illud, il-* \* In Pane  
*la electio fuit, sed qui ubiq; sunt homines, hoc ian. dicto.*  
*idem votis expetebant, ille tantum iure Prin-*  
*cipis occupauit, primusq; fecit, quod omnes fa-*  
*lluri erant: id ipsum nos de hoc nostro Ele-*  
*cto, atq; Electoribus eius Capituli Proceri-*  
*b° affeuerare possum⁹: nō unius cleri, uni-*  
*us Capituli iudiciū illud, illā electionē suis-*  
*se: sed oēs quotquot ubiq; tā amplis huius*  
*prouinciæ finibus continentur homines,*  
*hoc idem votis omnibus expetiuisse, hunc*  
*ipsum animis suis iam dudum tam Sacræ*  
*Sedi destinasse & consecrassæ. Neq; enim*  
*tantopere cunctis factum placeret (inquit ibi-*  
*dem Plinius) nisi placuisset antequam fie-*  
*ret. Meus verò quis in hac liberalissimæ*  
*Mæcenatis amplissima fortuna animus sit,*  
*Ill<sup>me</sup> Cardinalis, verbis consequi non pos-*  
*sum. Vnum dicam, incedo omnibus lætitiis,*  
*neque id ideò tantum, quod digna tan-*  
*dem vigilantissimo Präfuli merces respon-*  
*derit: verum multo magis, quod eum mihi*  
*nactus Principem video, cuius auspicijs*  
*deinceps paulo suauiores ad Ecclesiam re-*  
*deuntibus viæ patescant, qui que tam vari-*  
orum

orum impedimentorum sentes humaniori aliquantum falce auerruncet.

De rebus meis gaudeo memorem fore optimum Mœcenatem. De *Friderico Husmanno*, scribet ipse breui ad vos, totamque rerum suarum seriem quasi in tabula depinget. Interea tu vale *III<sup>me</sup> D<sup>ne</sup>* meq; nominis tui obseruantissimum tuo Patrocinio nunquam destitue. Mogunt. Prid. Calend. Martij. M. DCIV.

## EPISTOLA IV.

IVSTVS BARONIVS VETE.  
racastrensis

*FRIDERICO HVSMANNO A  
Name dei, Nobill<sup>mo</sup> Viro  
S.P.D.*

**A**LIO VANTVM mœroris, sed plus gaudijs mihi attulerūt litteræ tuę, *Nobilissime Friderice*. Mœrorē incusſit iniquissima illa quorundam hominum aduersus caput tuum machinatio, nulla vel minima iustitia aut iustitiæ specie suffulta, sed omni ex parte liuore, odio atq; insatiabili vindictæ cupiditate redundans: ut quid magis doleam, crassissimam hominum cæcitatem, an astutissimam malitiam, planè mecum non discernam. Cæcitas est, aduersus innocentissimum virum consurgere, atque eius famam lace-